UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur, quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto, pertinent

Agens De Rebvs Ecclesiæ Sacris, & profanis, earumq́ue usu, acquisitione, conservatione, & alienatione

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

Elenchvs Titvlorvm, Et Paragraphorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61834

Visual Library

ELENCHVS TITVLORVM, ET PARAGRAPHORVM.

TITULUS I.
De rebus ſponte oblatis.
§. 1. *De oblationibus in genere.*
§. 2. *De primitiis,*
§. 3. *De Donationibus.*
§. 4. *Satisfit Dubiis.*
§ 5 *De donatione Conſtantini Imperatoris.*

TITULUS II.
De Decimis.
§. 1. *Origo Decimarum, & neceſsitas.*
§ 2. *Quibus debeantur decimæ,*
§ 3 *A quibus debeantur.*
§. 4. *Ex quibus rebus debeantur,*
§. 5. *De tempore, & loco.*
§. 6. *De exemptione à Decimis*
§. 7. *De culpâ, & pœnâ negantium decimas.*

TITULUS III.
De Tributis.
§. 1. *De cauſâ, & neceſsitate tributorum.*
§. 2. *Qui quibus imperare poſsint tributum.*
§ 3. *De quibus rebus exigendum tributum.*
§ 4. *Satis fit obiectionibus.*

TITULUS IV.
De Teſtamentis.
§. 1. *Teſtamenti definitio, & varietas.*
§. 2. *De ijs qui teſtamentum condere poſſunt.*
§ 3. *De idoneis teſtibus.*
§. 4. *De Codicillis.*
§. 5 *De hæredibus.*
§. 6. *De ſucceſsione ab inteſtato*
§. 7. *De ſubſtitutione.*
§. 8. *De legatis*
§. 9. *De executione teſtamenti*
§. 10. *De revocatione.*
11. *Satisfit Dubiis.*

TITULUS V.
De Sepulturis.
§. 1. *De loco ſepulturæ.*
§. 2. *De iure ſepulcri.*
§. 3. *De indignis ſepultura.*
§. 4. *De quota funeris*
§. 5. *Satisfit Dubiis.*

TITULUS VI.
De Conventionibus.
§. 1. *De pactis in genere.*
§. 2. *De pactis in ſpecie*
§. 3. *De tranſactionibus.*

TITULUS VII.
De variis Contractuum generibus.
§. 1. *De contractibus generatim.*
§. 2. *Satisfit Dubiis*
§. 3. *De quaſi contractibus*
§ 4. *De adimpletione, & abolitione Contractuum.*

TITULUS VIII.
De Contractibus gratuitis, & lucroſis.
§. 1. *De Depoſito.*
§. 2. *De Commodato.*
§. 3. *De Precario.*
§. 4. *De Mutuo.*
§ 5 *De Vſura.*
§. 6. *De monte pietatis.*

TITULUS IX.
De Contractibus oneroſis, in quibus dominium transfertur.
§. 1. *De emptione, & venditione.*
§. 2. *Satisfit Dubiis*
§. 3. *De Simonia*

§. 4. *Satisfit Dubiis.*
§. 5. *De Cenſibus.*
§. 6. *De Cambio.*

TITULUS X.

§. 1. *De locatione*
§. 2. *De emphyteuſi*
§. 3. *De feudo.*
§. 4. *De Contractu livellatico*

TITULUS XI.

De Contractibus adminiculantibus.

§. 1. *De Societate.*
§. 2. *De fidejuſſione*
§. 3. *De pignore, & hypotheca*

TITULUS XII.

De Contractibus, in quibus fortuna miſcetur.

§. 1. *De aſſecuratione*
§. 2. *De ſponſione*
§. 3. *De ſortibus*
§. 4. *De ludo*

TITULUS XIII.

De præſcriptionibus.

§. 1. *Quid ſit præſcriptio*
§. 2. *De conditionibus requiſitis ad præſcriptionem.*
§. 3. *Quinam præſcribere poſſint.*
§. 4. *Quæ res præſcribi poſſint.*
§. 5. *Quando dicatur Præſcriptio non procedere, dormire, &c.*
§. 6. *De reſtitutione in integrum adverſus præſcriptionem.*

TITULUS XIV.

De immunitate eccleſiaſtica.

§. 1. *De immunitate locorum ſacrorum.*
§. 2. *De immunitate reali.*
§. 3. *De immunitate reorum.*

TITULUS XV.

De templis, & altaribus.

§. 1. *De ædificatione templorum.*
§. 2. *De conſecratione templorum.*
§. 3. *De altaribus.*

TITULUS XVI.

De domibus Religioſis.

§. 1. *De erectione, & adminiſtratione domorum religioſarum.*
§. 2. *De privilegiis illarum.*

TITULUS XVII.

De alienatione rerum eccleſiaſticarum.

§. 1. *Alienatio rerum eccleſ. prohibita eſt.*
§. 2. *Quænam res eccleſiaſticæ alienari poſſint.*
§. 2. *Quæ alienatio licita, & valida ſit &c.*

PARS II.

SVMMÆ

JURIS CANONICI

PROOEMIUM.

PLeriſque hunc ordinem placuiſſe video, ut perſonarum eccleſiaſticarum gradibus & officiis explicatis, de rebus ipſis inſtituerent commentationem: quorum veſtigiis inſiſtendo, ſummæ noſtræ partem ſecundam eiſdem finibus circumſcribemus. Præmitto, & ſuppono, quæ ſequuntur.

PRIMO. Rerum aliæ corporales ſunt, aliæ incorporales. *l 2. Inſt tt. 2.* Corporales voco, quæ natura ſua tangi poſſunt, uti veſtis, aurum, fundus. Incorporales, quæ tangi non poſſunt, cuius generis ſunt, quæ in jure conſiſtunt, puta, hæreditas, Vſusfructus, Vſus, & obligationes quoquo modo contractæ.

SECUNDO. Res aliæ mobiles ſunt, aliæ immobiles. Quæ diviſio ex parte cum priori incidit. Mobiles ſunt, pecunia, ſuppellex, Vaſa, & inſtrumenta. *Card. Tuſchus Concl.* 103. Immobiles campi, & agri, & quorundam iudicio, annui reditus. *Mynſing. Cent. 1. Obſ. 96. Gaill. l. 2. obſ.* 10. Chirographa, literæ, iura, & actiones, cùm de mobilibus agitur, ad mobilia; ad immobilia, cùm de immobilibus, referuntur. *Molina Tr. 2. D. 202. Schneidevvin. l. 3. Inſt. tt. 1. Card Tuſchus Concl.* 104.

TERTIO. Quædam juris divini ſunt, quædam humani. Divini juris cenſentur res Sacræ, Religioſæ, & ſanctæ, quæ in nullius exiſtunt bonis. *§. Nullius. Inſtit. eod.* Res Sacræ ſunt, quæ publica auctoritate, & iuſſu populi olim à Conſulib. Imperatore, Dictatore, aliove ſummo Magiſtratu per ſolennia Verba, præeunte, præfanteque carmen Pontifice ſummo: hodie verò ab antiſtite cuiuſque loci divino numini conſecrantur. *Novel de eccleſ. & tt. Vt nullus fabricet Oratorii domos præter volun. epiſc Item. Extr to. tt. de conſec. eccleſ. Alex. ab Alex. l. 6. c. 14.* Religioſæ olim erãt, quæ privata alicuius auctoritate religioni dicabantur, ut ſi mortuum quis inferret in locum ſuum. *Schneidevv. l. 2. Inſt. tt. 1. §. Religioſam.* Hodie nullus locus Religioſus cenſetur, niſi epiſcopi auctoritate dedicatus ſit. *Azor 11. l. 3. c 3. q. 2. c. Abolenda de ſepult.* Sanctæ, quæ olim ſanctione aliqua ab hominum iniuria muniebantur, ut muri, & portæ civitatum. *I. C. in l. Sanctum ff. eod. Bud. in Pand. leg. cit. Soacius in §.*

Sancta Inſt. de rer. diviſ. Humani iuris ſunt, quæ plerumque in alicuius bonis numerantur, & ad homines pertinent. Hæ rurſum vel publicæ, vel privatæ. Publicæ, quæ vel iure naturali commmunes ſunt omnibus, vel iure gentium, aut civili publicæ: privatæ, quæ ad ſingulos pertinent. *VVeſenbec l.1.Pand.tt.8. Ioach. Steph. politicar.demonſtrat.c.10. Sigonius l.1. de iudic.c.3.*

QVARTO. Res ſacræ & ſanctæ dicuntur ſex modis 1. quia ſanctitatem efficiunt, ut Sacramenta. 2. quia reb. ſacris adminiſtrandis ſunt inſtrumenta, uti vaſa ſacra, veſtes, & ſimilia. 3. quia repreſentant ſacrum aliquid, ut imagines Chriſti, & Sanctorum. 4. Quia ſunt particulæ, aut res ſacrorum, ut reliquiæ. 5. quia earum menſura ſunt, ut dies feſti & Dominici. 6. denique quia ad ſuſtentationem, & conſervationem vel hominum Sacrorum, vel bonorum ordinantur, aut dedicantur. *Az. l. 9.c.27.Q.8.Leſſ.c.45.D.3 nu.15. Farinac. Par.7.de furt.Q.172.nu. 48. & ſeq.* Prateius in *Lexico.*

QVINTO. Ex quibus ſequitur, multas res dici ſacras, vel ſanctas merè per denominationem extrinſecam, vel reſpectum adventitium: adeoque nullam per ſe efficaciam, aut virtutem habere ad effectum ſpiritualem, niſi eleventur, neque ſpirituales vocari poſſe, cùm in eodem genere rerum corporalium & temporalium maneant: inque eo, cui ſervire poſſunt ad emolumentum aliquod ſpirituale, nihil præſupponant, quàm Baptiſmum, & Chriſtiani hominis profeſsionem: eccleſiaſticas tamen cenſeri, quia Solis eccleſiæ miniſtris, & eccleſiæ uſibus debentur, aut conveniunt. *S.Th.22.p. 100. a 4. Navar. c.23.num. 99. Iacob. de Graff. Par. 2. l. 2. c.15.*

SEXTO. Iam ſi ſuo quæque loco & ordine à nobis pertractanda ſint, primùm omnino locum Sacramenta à Chriſto ſalvatore noſtro in ſanctificationem animarum noſtrarum inſtituta iure ſibi vendicant Quid enim inter dona cæleſtia melius, aut divinius illis, quæ Spiritus Sancti vaſa & inſtrumenta ſunt ad criminum, & delictorum expiationem, ad obſignandam divinæ promiſſionis fidem, & virtutum omnium conſervationem. Sacramentorum vis inenarrabiliter magna eſt, valetque plurimum, & ideo contempta ſacrilegos facit. *S. Aug l.19.con. Fauſtum.* Nec quisquã Doctorum aut fidelium eſt, quin agnoſcat: ſed quia iiſdem Auditoribus Theologi Morales iſta copioſè tradunt, ne inutili labore fatigemur, ad alia properantes minimè inviti relinquemus, tempori ſimul, & audidientium tædio conſulentes, quibus odioſa repetitione nihil odibilius.